



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fatuitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Pad Plantum in Bacchidibus, fungus fatuitatis, & stupidae admodum credulitatis hieroglyphicum est:

Adeo' me fuisse fungum, ut illi crederem?

Quod quidem significatum Nicobulus eadem fabula manifestius declarat, dum se omnes quicumque ubi sunt, qui fuere quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fundi, bardi, buccones, blemae, anteire longè stultis & indoctis moribus profutur. Et prius de re nihili Chrysalas:

Tanti est, quanti est fungus putridus.

DE CUCURBITA. CAP. XI.

Cucurbitam apud Aegyptios non inveni in suas literas receptam, apud alios tamen in hoc genere minimè præteritam.

SPES INANES. CAP. XII.

Nam apud Onirocritas cucurbita spes inanes præfagit: ut pote quæ cum ventricosam admodum speciem præ se ferat, multumq; idem tamen nutrimenti polliceri videtur, illud tamen & tenue, & nisi condimento aliquo iuvetur, egregiè fatuum est.

Et gravia in latum de missa cucurbita ventrem. Artem l. 1. cap. 19. Cucurbita salubrior.

SALUBRITAS. CAP. XIII.

Neque tamen cucurbitæ fautores defunt, ut qui pro salubritate poni eam contendunt, anfa, ut puto, capta ex proverbio, *πολλὰ κέρδη ὑγιεινὰ*, quod ex Epicharmo sumptum memorat Athenus, libro 3.

DE PAPAVERE. CAP. XIV.

Papaver nonnulli inter segetes enumerant, propterea quod Maro id Cereale dixerit: quasi non & *Georg. li. 1.* olera, & edulia omnia è terra nascencia, Cereris esse munera cognoscât. Ab hac igitur parte significata ejus exordiemur.

CERES. CAP. XV.

Papaver quidem Cererem, atque adeo terram omnem humano commercio habitam hieroglyphico suo referebat, neque quidem hoc una tantum de causis bicularis enim figura ejus perinde ac terræ, protuberat undecumque, convallibus quibusdam veluti subsidentibus, montium quodam modo jugorumq; speciei, locorumq; reductorum effigie: interiora deniq; folliculis quibusdam distincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluviis, & montibus, & urbibus dispersuntur. Innumera præter hæc includit semina, est & hoc terræ benignæ proprium. Neq; quidem hoc cibum, nisi concutiat, & obtundatur, & ventiletur, emittitur: neq; terra, nisi exaretur, sarriatur vertatur, obteratur, multisq; modis excutatur agiturq; , quicquam proficit.

Papaver hieroglyph. terra.

IUSTITIA. CAP. XVI.

Propter vero receptacula æquis inter se intervallis disgregata iustitiam, ac legum lationem, quæ Cereri attribuuntur in primis, hieroglyphicè demonstrat: eaque de causa Dea ipsa & legisera, & *Græciani ob hanc iustitiam con-* justitiæ autor appellata est: sive, ut arbitrantur quidam, propterea quod semina penes se deposita *trastam pa-* magno cum sœnore reddere consueverit. Sane Virgilius & his, quæ superius dicta sunt, confide- *paver sustu-* ris, non immerito *Cereale papaver* appellavit. Sunt qui nihil, quod ad eruditionem faciat, in- *lit.* vestigantes, *Cereale papaver* à Poëta dictum autement, quod Cererem in Proserpina filia con-